Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



subire periclm Excolebat ergo agros suos letus agricola
viator securus iter pagebat suum Iam non erat
opus vallo vel munitione cum nullus esset in totius
regni latitudine depredator Iuga montium velleribus
ovium aliisque diversis animalibus operiebantur et valles frugibus
hundabant Omnis generis lignum fructum peperit onustatum
et vitis insustentandis quos produxerat in botronibus
laborabat Replebantur horrea frumento vino et oleo
celaria redundabant lacte et melle manabat regio
et singulorum domus argento et auro divitiarumque copiis
affluebant Itaque ut elementa regis voluntati quod
animo parencia ita temporum vicissitudines temperabant
ut in estate vel hyeme veris temperiem exhiberent
Quorum beneficio salute continua vita diuturna in fecun-
ditate filiorum homines fruebantur Quid plura tantorum
bonorum rerumque affluentia luxus et vite superbia secu-
ta sunt Nam cum quiescerent arma martis telaque cap-
sonis et castra viriles animos evertebant Nec erat
iam marmis querere gloriam que omnes ad delicias et mol-
les amplexus mulierum studia convertebant Ludebat
iuvenis cum adolescentula puer cum puero iocabant
senex cum vetula fortes garrulitate veteres acervos
suos recensentes vino mero ydropicam temperabant
et labor unus erat evacuare cyphos

2. Rex autem Solopathos cum iugi pace fruerentur
et deliciis hundaret subiectasque circa se po-
sitas haberet nationes videretque ad pacis benefi-
cium et deliciarum oblectamenta animos bellatorum suorum desides